

fiat iniuria, & solvens eius creditori remittenti legem solutionis adiectam bene solvat; & licet magna sit imprudentia patris, vel matris ita solvere, cum amissa prima dote denuo ad aliam dotem pulsari valeat, ut dicitur 4. non per hoc tamen sequitur primum debitum subsistere, sed tantum competere novum iudicis officium ex nunc, quod satis expedit ad plures effectus.

ANNOT. AD DISC. CLXIII. & CLXIV.

Enotatum supra ad disc. 61. & 67. **Exactio dotis quomodo probetur, vel presumatur, & de dotis prescriptioe quando decurrit, necne.**

S U M M A R I U M.

1. Dotis solutio per presumptiones, conjecturas, & adminicula probatur.
2. Quae dicantur conjecturae sufficientes, & an ex eo, quod appareat soluta dos secundo viro, censetur exactio prima.
3. In dubio regulariter non presumitur soluta, nisi probetur.
4. Desatisfactio oritur per confessionem aliorum, quia dotei creditor succedat dotanti, vel per compensationem ob permutationem mulierum.
5. Presumptio statutaria an habeat locum in dote, & numer. 13.
6. De prescriptioe dotis, vel rei dotalis plures casus distinguuntur.
7. Jus vel actio petendi dotis constitutionem, an & quanto tempore prescribatur.
8. An & quando prescribatur a tertio fundus, vel res dotalis.
9. Alio ad pecuniam mulieri competens, & viro in dotem data, an & quomodo per tertium, vel eundem debitorem prescribatur.
10. Quid in bonis datis in dotem estimatis.
11. Maritus, vel eius heres, an & quando dotem restituendam prescribat.
12. Prescriptio de iure canonico non datur accedente mala fide, sed debet esse mala fides vera, non autem presumptiva in cuius casu dispositio iuris civilis remanet immutata.
13. Dos an veniat sub statu inducente prescripitionem.
14. Dos soluta patri, & filio, ad quem pervenisse censetur remissa, & quid de soluta viro, & mulieri, vel tota ad virum, quod generaliter procedit in quocumque alio actu.

D I S C. CLXIV.

**A**gendum est in presenti de solutione probanda aliis quam per viti confessionem, cum de ista particulari inspectio habeatur, dicitur 139. ideoque circumscripto casu confessionis, quoad reliquos probandi modos, & confessionem non videtur in specialibus terminis dotis aliquid in iure statutum, quemadmodum cuiuscumque debiti solutio, nedum per testes, sed etiam per presumptiones, & coniecturas probari potest, ita etiam dos, ut in specie dotis probatur per Afflict. decis. 13. Fontan. claus. 14. glof. unice. part. 2. quae totius operis est finalis num. 68. & 799. & 77. Rota apud Peniniam decis. 277. iuxta Venetiam alias 359. iuxta Lugdunensem apud Melin. de pign. decis. 63. & 64. Romana domonum de Regardis 17. Maii 1649. Dinozetto inter suas decis. 823. num. 6. Lavellin. 26. Novembris 1650. Corrado, decis. 86. part. 11. recentior; & frequentior; quinimo ubi agitur de probanda configuratione mobilium, & correalium, cum haec non nisi in presentia domesticorum, & consanguineorum solent consignari, adhuc per istos testes alias minus idoneos huiusmodi probationes admitti observat Gurtier. ablegat. 11. num. 8. & 799. bene in Romana fideicommissi de Moets. Junii 1650. Melitio, decis. 41. part. 11. recent. num. 9. & 1097.

2. Veris igitur probationibus accedentibus versamus in claris, quoties autem non accedat veritatis opus est confugere, etiam regula tradi non potest, sed totam remissum est iudicis arbitrio regulando pensato numero coniecturarum, aliique facti qualitatibus, nempe dotantis seu debitoris divitiis, ac facilitate, viti paupertate, vel diligentia, onemque supportatione, cum longeva acquiescentia, & aliis iuxta terminos generales, cuiuscumque indifferenti materiae applicabilis.

les, de quibus Afflict. d. decis. 13. Surd. decis. 105. Capyc. Latr. conf. 46. ex numer. 47. Merlin. decis. 125. repetit. apud Fenzon. ad status. decis. 152. & apud Zach. de obligat. Camer. decis. 225. Rot. decis. 507. part. 5. recent. & in allegatis auctoritatibus in specie dotis loquentibus, & conferunt coniectura deducende pro confessionis coadjuvacione ponderata, dicitur 159.

In his autem specialibus terminis ea considerabilis videtur coniectura seu presumptio specialis, quod cum mulier in dubio non presumatur habere alla bona prout dorem ex deductis per Thef. decis. 45. numer. 5. Rot. decis. 241. numer. 2. part. 6. recent. in Romana fideicommissi de Campagnolis 26. Junii 1648. & 8. Februarii 1649. Peuringerio, quarum secunda est 185. numer. 25. part. 10. recent. si appareat soluta dos secundo viro, presumitur soluta de priori dote debita per heredes primi viri, ut in dicta Romana de Campagnolis, vel (ex identitate rationis) per eundem dotantem qui primam dotem constituerat, sed non velotat, etiam tamen haec nuda iuris prescriptio valde tenuis, quae nisi aliis adminiculis succuratur, vel sola est debilis, vel de facili quocumque alio contrario inditio obventionis bonorum aliunde elidibilis; quodque regulariter dos non presumatur soluta, nisi de illa constet, firmatur in Florentina donationis, seu Romana census 31. Martii 1652. Peuringerio.

Alius item fidei seu legalis solutionis modus, resultat ex additione hereditatis debitoris quam creditor facit, iuxta terminos text. in leg. qua doris, ff. solut. matrim. Sed quia materia haec confusioe actionum, ac virtualis solutionis ex additione resultantium, non soli credito dotali, sed cuiuscumque indifferenti convenit, atque non specialibus, sed generalibus regulis metitur, ideo hic opus non est tractare, videantur Barb. in repetit. d. leg. qua doris in princ. Franch. decis. 39. & 80. Surd. decis. 266. Rota in Bituntina census 27. Novembris 1645. & 24. Maii 1647. Corrado, Bononien. fideicommissi seu domus 30. Aprilis, & 10. Decembris 1646. Bichio, Interamnen. usufructus 18. Junii 1649. Cerro, & in eadem 17. Februarii 1652. Melitio, Avenonien. Salviani 18. Martii 1652. Bichio, & in aliis, quae occasione detractionum pro gravatos ex fideicommissis universalibus, vel particularibus sunt nimis frequentes, prout alter est solutionis modus fidei enunciatus supra, dicitur 150. ubi scilicet fratres vel alii conjuncti ad invicem permittunt mulieres constituta dote hinc inde prestanda, quae ad evitandum inanem circuitum non solvitur, sed ita censetur compensata occultando solutionem, ut ex Giurb. & aliis relatis advertitur, apud Fontan. decis. 561. & opponunt Ieremia & alii relati dicitur d. d. 150. ubi sola difficultas est circa constitutionem.

In Urbe, ultra alias in iure probatas solutionis presumptiones, habetur illa ex Statuto rebus, quae licet abusive prescriptio statutaria solet appellari, verum tamen prescriptio non est, sed prescriptio solutio, quia Statutum prodest etiam principali debitori, in quo attempta dispositio iuris canonici est impossibile dari veram prescripitionem ratione mala fidei, ut observat Rot. coram Melin. d. d. decis. 124. reassumpta per Addentem ad Durat. decis. 8. & 98. & est axiomata notorium, verum haec species solutionis non quodam nostrae materiae, quia creditum dotale à statuto excipitur, firmant Puteus decis. 88. lib. 1. Rota in Romana Salviani 23. Martii 1650. Verosio, Beneventana dotis 27. Junii 1652. Bichio, acetiam quia cum dos in materia prescripitionis sit privilegiata, ne constante matrimonio prescriptio curat, non venit in generali dispositione Statuti, ut per Fenzon. ad Statut. Urb. 158. num. 45. quatenus tamen dotis qualitas daret, quia si post solutum matrimonium creditum pertinet ad filios, vel heredes mulieris, illud amittendo qualiteram dotalem efficitur creditum putum, atque à die qua eius immutatio facta est incipit subiacere tempore statutario, ut per Rot. apud Fenzon. ad stat. decis. 156.

Sed quando aliquod statutum adest quod dotem etiam comprehendet, vel quod iuris communis prescripitionem allegati contingeret, quamvis rarus, ac forte nullus datur hodie casus huiusmodi dispositionis, prescriptum in credito dotali consistente in quantitate, quia principalis debitor nunquam prescribit durante eius vita ratione mala fidei, quae transit etiam in primum heredem universalem, ex deductis in dicta Bituntina census 27. Novembris 1645. Corrado, & infra apud Merlinum de pign. decis. 105. repet. decis. 373. par. 9. recent. & in sua materia sub tit. de creditis, itaut difficillime datur casus dandi tricenale, vel quadricennale tempus post praedictorum motum inchoandum.

dum, quando tamen de hoc disputari contingeret, ad aequi voca tollenda, reflectendum erit ad quatuor casuum distinctionem.

Primo scilicet in prescripitione juris petendi dotem constituendam, quae adversus ipsam mulierem, vel habentem causam ab ea deducitur; secundo in prescripitione fundi, vel alterius juris dotalis inelimitati cuius dominium sit praesens mulierem; tertio in prescripitione rei, vel crediti dotalis estimati, cuius dominium in virum transferitur; & quarto in prescripitione praesentia per virum contra mulierem, vel eius heredes dissoluto matrimonio, vel thori separatione sequuta, seu alias facto casu restitutionis.

Quoad primum, distinguendo dotem constituendam iudicis officio, ex sola legis communis provisione, qualis est debita ure sanguinis, vel charitatis, à dote constituenda iure actionis, qualis est debita ex legato, statuto, delicto, &c. in prima dote non videtur considerabilis casus prescripitionis de ure communi, quia cum indubitarum sit istam non curare nisi à die, quo actionis exercitium comperit, atque interitum non habeat nisi à tempore quo mulier vel nupsit, vel in eate nubili existens nuptias contrahere declaravit, ex aliis deductis sequitur, ut donec mulier est innupta, tempus non curat; non obstante quò die nubili aetatis aeternum sitacionis exercitium, quia illud non à sola aetate pendet, sed ab animo nubendi, quem nisi mulier declarat, actio cum effectu non comperit, postquam vero nuptias contraxit, si marito deditur dotem hoc ius illam petendi ab iis qui de iure tenentur, neque tempus mulieri currit donec matrimonium durat, ex regula ut constante matrimonio, contra eam prescripitione non curat, quia viro & non sibi comperit exercitium actionis, ut habetur in sequenti casu principali prescripitionis fundi dotalis; si enim id procedit in re particulari, multo fortius in ipso iure universali, saltem ex beneficio restitutionis in integrum ex capite ignorantia.

Si verò damus casum quod mulier contractis, vel non contractis nuptiis, animum tamen declarando dotis constitutionem petiat, atque deinde longissimi temporis intervallo siveerit, adhuc tamen raro, vel nunquam prescripitione erit verificabilis, vel quia subdubio tempore à quo fuit sub viri potestate, ac minoris aetatis, non de facili tricenale, vel quadricennale tempus datur; vel quia subdubium etiam sit totum tempus quo ipse debitor interpellatur, ac ejus primus heres universalis vixerit, ob malam fidem eis perpetuo obstantem; vel quia totum tempus quo deinde mulier in statu inappo perlevavit, computari non debeat, quia possit mutari nubendi voluntatem pro intermedio tempore allegare, donec denuo eam reassumpserit; unde merito in ditionibus, vel consiliis in numero infinito, & quibus ferè omnes casus excogitabiles habentur, rarus, vel forte nullus invenitur casus, in quo prescripitione adversus huiusmodi dotem constituendam fuerit canonizata.

In altera vero dote constituenda iure actionis, aut ejus debituum est conditionale, itaut actio ad exercitium declucit non possit nisi à sumpleta conditione matrimonii, vel pro ea adimplenda, & in omnibus videtur idem dicendum quod in precedenti; aut debituum est purum, & tunc quia verè tale debituum non est dos, neque dotis naturam habet, cum huius essentia tota pendeat à matrimonio contracto, vel contractando, itaut censendum videatur potius tanquam legitimum, seu purum legatum, vel simplex debituum, & dicendum venit in eis idem quod de legitimo, legato, vel cuiuscumque iuris delati prescripitione habetur in iure, iuxta terminos generales; nec aliqui adesse videtur, quod peculiaritatem dotis materiam percurat.

Secundo autem casu prescripitionis fidei, vel juris dotalis considerati tanquam species inaffinitata, quae non à viro, sed à tertio praetendatur pro tempore, quo mulier est à viri potestate exempta, vel quia solutum sit matrimonium, vel non contractum, five ita separatam, quod plenum dominium contra, ac directum, ac naturale, & civile sit praesens mulierem, itaut penes eam liberum sit propriae actionis exercitium, & pariter dicendum idem, quod de iure communi in terminis generalibus prescripitionis habemus definitum, cum nullum isto casu speciale privilegium doti tribuatur sit, sed pro eo tempore quo durante matrimonio dos à viro possidet, cum tunc mulier, vel agere non poterat, vel erat exceptioe elidibilis, certum est prescripitionem non currere, ad text. expressum & specialem in l. in rebus, C. de iur. dot. si verè, auth. de impri. comprobata text. in l. 1. §. fin. C. de ann. excepti. cum concord. per Fontan. cl. 6. glof. 1. p. 2. n. 51. Caval. decis. 213. n. 7. Rot. apud Zach. de oblig. decis. 196.

n. 8. & admittit in infra allegandis in Beneventanis quibusq; absolutum, ut est in effectu, quia conclusio nimis est plana, & vulgaris.

Tertio casu prescripitionis crediti dotalis, vel rei estimatae, distinguendo actionem à bonis, quatenus ad actionem pertinet, nonnulli ex generalitate textus in d. l. in rebus, indistinctè regulam negativam statuerent, ut ne in praesens constante matrimonio prescripitione non curat in praesens mulieris, ut generaliter sentiunt Meno. consil. 88. num. 43. eoque allegato per formala verba Rimini. Jun. consil. 670. num. 31. Sed uterque obiter loquitur ad alium effectum, prout in his terminis perfunctorie, & ex abundantia loquitur Rot. in Rom. dotis, & legati 15. Januarii 1620. coram Manzanedo.

In contrarium tamen, quod huiusmodi actio per debitorem sit prescripibilis, firmant ceteris relatis Fontanell. de patris claus. 6. glof. 1. part. 2. numer. 673. Rota apud Seraphin. decis. 569. numer. 2. atque hanc discurrendo veritorem sententiam videtur Rot. in Beneventana dotis 27. Junii 1652. & latius 11. Martii 1654. Bichio, licet non proficitur decedente articulo, non quia de hac opinione dubitet, sed quia eius decisio ad causam non erat necessaria ob alias claras facti circumstantias, ex quibus prescripitionis exceptio de plano cessabat, ut in dicta causa, dicitur 29. atque istam credo recipiendam esse ex ea irrefragabili ratione, quod licet debitor dotis tanquam effectus viri debitor, ne dum per solutionem, sed etiam per acceptationem, aut confessionem de recepro, vel etiam gratuita remissione à solo viro factam absque alio mulieris facto plena consequatur liberationem, ad text. in leg. in rebus 67. §. si viri socio, ff. solut. matrim. lex. vir ab eo in fin. ff. de iur. dot. ita eandem liberationem ex prescripitionis beneficio consequi potest, quia quod est alienabile, vel remissibile, est etiam prescripibile, proindeque conclusio deducit ex d. l. in rebus, super prescripitionis negatione, procedit in fundo dotali, ac rebus & iuribus, quae per virum absque muliere alienari non possunt, ideoque neque cum eo solo praescribit, cum alienari dicatur, quae praescribi patitur, atque praescribentibus affimilatur solvente, leg. si pupillus in fin. ff. de adm. iur. tur. cum aliis bene deductis per Rot. in d. secunda Beneventana, & supra, d. d. 29.

Neque collusionis, vel fraudis suspicio intrare videtur cum data legitima prescripitione, pro necessitate antecedenti supponenda sit bona fides ex cuius requiritu necessitate satis est collusionis & fraudis exclusionem consultum, sed hodie rarus est casus, in quo id contingat disputandum, cum principalis debitor nunquam prescribat, eisque ac heredis vita subtrahat, detractoque tempore minoris aetatis, ignorantiae, vel iusti impedimenti, & aliorum respectuum, ex quibus, vel tempus non currit, vel adversus eum lapsum conceditur restitutio in integrum, nulla ferè prescripicio est, quae ad perfectionem deveniat.

In bonis autem estimatis, diversimodè procedendum videtur, quoniam licet ex praesens rationibus idem regulariter firmari possit, cum argumentum ductum ab alienatione ad prescripitionem aequè hic procedat ac in precedenti, at tamen in casu subsidii praescribentis non erit ritus à vendicatione mulieri competente ex beneficio text. in l. in rebus, C. de iur. dot. de quo infra, dicitur 166. Non potest etenim maius privilegium consequi fictio quam veritas, seu exemplum quam exemplar; unde si data vera alienatione mediante iusto, & canonico titulo, adhuc mulieris subsidarius regressus non denegatur, multò minus denegandum est in casu prescripitionis, quae alienationis affimilatur, eiusque operationes fidei agit; neque videtur contra debitorem pecuniarium huiusmodi subsidiarium regressum competere, quia sequuta semel legitima liberatione, ius, vel actio incorporalis evanescit, itaut debiti priora vestigia non remaneant in bonis alienatis vestigia prioris dominii, nam alias etiam solvens viro non esset rarus, licet in casu gratulitae remissionis, vel simplicis confessionis de recepro non administratae, ob suspicionem collusionis, ac fraudis, vel ob edictam de his quae in fraudem, &c. vel ex aequitate l. si me & Titium, ff. si socii. per. vel ob extensionem dicti text. in l. in rebus, secus dicendum videatur.

Ultimo casu prescripitionis, quae à viro, vel habentibus ab eo causam praetendatur adversus mulierem, seu habentem causam ab eo, praesuppositio quod agatur soluta in prescripitione, quae initium sumat à die quo exercitium actionis pro dote restituenda comperit, nonnulli dignoscitur videtur specialitas in materia dotis, quae proinde iuxta terminos generales prescripitionis regulanda venit, solaque con-



controversia vertitur circa tempus, quo huiusmodi prescrip-  
tionem sumendum sit, quoties praetendatur actio-  
nem exercitum ad repetendum dotem ortum esse ob viti inop-  
tiam, ex deductis per Barbof. in l. si constante in principio. n.  
11. ubi videatur, cum tractetur de puncto qui taro, vel nun-  
quam in foro continetur dispositio siquidem iuris canonici  
in c. fin. de prescrip. & c. possit. de reg. iur. in 6. libullit omnes  
iuris civilis quaestiones in materia prescripionis ab iplo vi-  
ro praesens, quia si est principalis debitor dotis, consequen-  
ter veniat in mala fide, per quam ex dispositione iuris ca-  
nonici indubitate servanda ubique etiam in teris laicorum,  
neque mille anni fuerunt ad praescribendum, nisi veretur  
in casu male fidei non verae, vel fictae, seu praesumptae;

quia in hac cessante ratione peccati, ac certe notitia iuris  
alieni, dispositio iuris civilis per ius canonicum immutata  
non fuit, ut per Covarr. d. reg. possit. p. 2. §. 8. num. 2. Rot.  
decif. 270. n. 10. p. 6. rec. in Pistorien. Patochialis 29. Aprilis  
1643. Cetero, nisi praesumptio sit vehementer concludens,  
quia tunc assimilatur verae, Baratt. decif. 912. n. 9. Caval.  
decif. 91. num. 10. Rot. decif. 3. n. 27. part. 7. rec. & admittitur  
in dicta Pistorien.

Causus autem male fidei praesumptae, seu legalis, sed non  
verae, est in marito verificabilis, quod ex legis rigore tenet  
ad restituendam eam dotem, quam verè non habuit, ob  
negligentiam in exigendo, seu facilitatem in confidendo,  
vel acceptando sub spe futuri nuptiarum, quia tunc verè  
alienam rem apud se non habet, neque praescribendo est  
in peccato, dum iure credere potest se non teneri, atque  
ignorare legis rigorem, qui negligentiam, vel facilitatem  
a quo punit.

Ad ex his inferri potest ad statuta inducentia prescrip-  
tione nulla dotis facta mentione, an sc. sub statuta gene-  
rali dispositione veniat necne causa dotis, nam in his casibus,  
in quibus de iure communi dos est privilegiata, ne contra  
eam curat prescripitiō, dos tamquam de iure in ea materia  
privilegiata non venit, atque iuxta hunc sensum capitendū  
est Fenozon. ad statut. Urb. 158. numer. 45. Secus autem ubi  
de iure dotis nullum privilegium est attributum, quoniam  
statutum aliud non agit, nisi quod dispositionem iuris com-  
munis moderatur, restringendo tempus, vel aliud requi-  
situm modificando, maxime ubi tractatur de praescribendo  
contra virum actionem, vel rem a matrem de suo pleno do-  
minio esse dotem, quia tunc verè tunc agit de praescribendo  
rem dotalem, sed rem propriam matri, in eum non ex-  
triculo dotis, sed imaginaria venditionis translatam, cum  
dos verè consistat in ea equivalenti quantitate, cuius loco  
vir debitorum, vel bona accipit.

Solutio verò dotis facta viro habenti patrem, an hic ob-  
ligatus remaneat, & contra, solutio causa patris, an bo-  
na matri sit affecta, & quid ubi utriusque solutum fuit, &  
ad quem tota pecunia pervenire praesumatur, habetur dis-  
162. soluta verò, tam viro, quam uxori per dotem tota  
praesumitur ad viri manus pervenisse, mulieris verò inter-  
ventum pro sola solvens cautela praesumitur fuisse ahibi-  
tum, quare non obstante dicta confessione, liberum est ei-  
dem mulieri totam dotem ad viro repetere, quod generaliter  
procedit, necum in dote soluta per dotem, sed in qua-  
cumque pecunia dotali ad utrumque obveniat, puta pro pre-  
tio rei dotalis alienatae, ut veriorum plenè probat Rot. in  
Rom. pecuniaria 27. Junii 1648. Corrado, §. quia cum su-  
rit, decif. 239. n. 8. & seq. & per tot. part. 19. rec. ubi allegantur  
concord.

De augmento dotis, vel supradote, an & quando  
substat, vel respectivè habeatur tanquam dos,  
ejusque privilegium gaudeat;

S U M M A R I U M.

- 1 Distinguntur species augmenti, vel supradotis.
- 2 Augmentum dotis à muliere etiam constante matrimonio fieri potest.
- 3 Quando de hoc augmento ejusque validitate dubitetur.
- 4 De regulis generalibus, ut augmentum validum habeatur ju-  
re dotis.
- 5 Fallit circa privilegium Aurb. res. quae, & de aliis fal-  
lentibus.
- 6 Quid de augmento facto ab ipso viro.
- 7 Distinguntur plures species augmenti, vel donationis,  
aut sponsalium largitis cum similibus.
- 8 In casu validitatis dicti augmenti, an illud regulandum  
sit tanquam dos, vel potius tanquam donatio.

9 Hoc augmentum in casu valido non postulat insinuationem.

10 Sed ubi sit per virum, non gaudet privilegio dotalibus, quod declaratur.

D I S C. CLXV.

Augmento dotis, quod suprados ab aliquibus punctu-  
ari solet, diversimodè consideratur apud scribentes; alii  
enim sub nomine augmenti considerant illam donatio-  
nem propter nuptias, seu lucrum quod mulier soluto mari-  
monio, ex statuto, vel pacto in bonis viri mortentis conse-  
quitur; de hoc autem in praesenti non agitur, cum cadat sub  
materia iuri.

Alii verò illud intelligunt pro eata, quam ante matri-  
monium augere oportet summam taxae per testatorem ad  
congruam dotem (spondendam, ut sup. disc. 145. verum ne-  
que de ista tractatur in praesenti, quia verè non augmentum  
dicitur, sed tota est dos à principio constituta; alii sumunt  
istum terminum pro eo augmento, quod mulier solutis pri-  
mò nuptiis facti secundo viro, quia nempe habens priorem  
dotem in mille, eam pro secundo matrimonio auget ad ma-  
jorem summam, & sic casus est idem cum precedenti, quia  
inspecto eo matrimonio, pro quo id agi contingit, verè non  
augmentum dicitur, sed tota est iuxta dos à principio statu-  
ta, quamvis incidenter de ista aliqua verba dicantur; & alii  
demum capiunt augmentum pro ea dote majori rata, quam  
dote pro eo matrimonio jam constituta, atque contracta do-  
tali jam perfecta, mulier augendo constituit, vel pro ea  
parte dotis quam ultra dotem à muliere viro constitutam vir  
datis, vel constituit uxori, & de hoc augmento sermo habendus  
est, atque super eo due distinguendae inspectiones, prima  
scilicet de augmento facto pro muliere, vel alium eius  
domine viri; & secunda de augmento quod vir facit uxori.

Quoad primam, regula est pro augmento, ut quamvis  
constante matrimonio factum sit, censetur validum,  
quoniam non prohibetur mulier priorem dotem quando-  
cumque augete; text. in leg. si constante, & l. fin. c. de do-  
nat. ante nupt. §. est, & alia in istud. de donat. Mant. de tac. lib. 2. tit. 26. num. 1. Sanch. de matr. lib. 6. disp. 7. n. 1. Sord. decif. 214. n. 4. Baratt. decif. 274. num. 9. & 782. n. 4. ubi adden.

Idque verum, etiam si excessivum esset, atque dotis con-  
gruitatem longè excedat, ut ex Bald. Novell. part. 6. privi-  
leg. 8. numer. 2. advertunt adden. ad Baratt. dicta decif. 782.  
numer. 11. non per hoc enim sub prohibitione donationis  
conjugum venite debet, quia dum constituitur tamquam  
dos, hinc pròinde ejus dominium remanet penes mulierem,  
cui est restituenda, itaque non dicitur de pauperari, solum  
viri utilitas est quoad fructus, quorum perceptionem ex bo-  
nis etiam extradotalibus tacito consensu mulier poterat ei  
concedere.

Quoad in his terminis ad triplicem tantum respectum so-  
let de huiusmodi augmenti validitate dubitari. Primò scilicet  
quoties ultra prohibitionem iuris communis vigeat  
etiam statutaria, per verba generalia vetans donationes in-  
ter conjuges. Secundò ubi vigeat statuto, vel pacto luci  
dotis, vel ejus partis ad favorem viri mulier binuba novum  
augmentum constituit, ut ita sub imagine luci faciendo  
fraudem dispositioni text. in l. hac adit. c. de 2. nupt. se-  
cundò vir plus consequatur quam filius primi matrimonii,  
quod exemplum trahi potest ad omnes casus, in quibus alia  
mulier de dote sit prohibita dispositio.

Et tertio ubi ex huiusmodi augmento facto per mulierem  
resultat, vel eadem fraus dicta l. hac adit. c. contra pri-  
mos filios, quia nempe statuto Statuto, vel pacto ut mulier  
certam dotis partem lucrètur, dos augetur, ut ita sub figu-  
ra luci uxori ex bonis viri binubi plus consequatur, vel etiam  
resultat praedictum creditoribus viri, quia initio pacto, ut  
lucrum dotalè regulandum sit ad mensuram quantitatis dotis,  
quod de tempore soluti matrimonii apparebit constituta,  
mulier constanter matrimonio ad hunc effectum dotem au-  
geat, atque ita viri creditores excludat iuxta casum positum  
per Leonem decif. Valentis 9. lib. 1.

Primo respectu, suspensio terminum haberi de solo  
augmento quod sit constanter matrimonio (cum de illo an-  
te matrimonium, vel in ipso actu nulla substat difficul-  
tas, cum tunc totum dicitur dos, ut supra); quamvis Gab-  
rieli. conf. 10. numer. 3. & seq. lib. 1. loquendo in terminis  
Statuti, credat hoc dotis augmentum sapere donationem, et  
atque continere fraudem Statuti; contrarium tamen est  
verius, quoniam, ut supra observatum fuit ex Sanch. di-  
c. 2. ubi mulier processit per viam augmenti dotis,  
tunc

tunc signum est, quod noluit donare, contra tale augmentum  
subiacet restitutioni ad favorem ipsius mulieris, ejusque ha-  
redum, neque utilitas viro resultans ex fructibus videtur  
considerabilis, cum ut dictum est, remanentibus bonis  
in specie extradotalium, adhuc vir possit ex tacita uxoris  
permissione illos consequi; prout neque considerabili  
est utilitas ob lucrum speratum, cum illud incertum, ac  
eventuale conferatur ad tempus soluti matrimonii,  
quando donatio inter conjuges non est prohibita, pro-  
indeque reprobara dicta sententia Gabrielis, hanc firmavit  
Rot. apud Baratt. decif. 274. numer. 10. & seq. decif. 772.  
& 925. Rot. decif. 59. part. 5. recentior. quae decisiones  
emanarunt in eadem causa Bononien. dotis, in qua deinde  
plures aliae adfuerunt decisiones confirmatoriae inter illas  
Merlin. Declarandum tamen, ut augmentum praedictum sit  
verum, seu verisimile conjecturis suffulatum, quia nempe  
mulieris divitiae obvenirent, & quibus absque suspitione  
confusionis, ac fraudis illud fieri poruit, cum huiusmodi  
augmenta soleant esse de fraude suspecta, Baratt. dicta decif.  
872. numer. 7. & 925. num. 5. quodque sicut mulier se dotare po-  
test abique solemnitatibus, inactam dotem augere, latè probat  
Abrog. conf. 34. lib. 1.

De secundo autem & tertio respectu fraudis, quae fieri  
potest dispositioni text. in leg. hac adit. c. occasione lucrati-  
onis, quod conjux parentis binubi ex huiusmodi dotis aug-  
mento facere potest, habetur supra ad materiam lucrorum,  
& de alio casu fraudis, vel praedicti creditorum iuxta di-  
ctam sententiam Laurentii actum est disc. 156. ubi de dote  
fraudulenta.

Postea istius augmenti valida constitutio, intrat con-  
4 cluso generalis, ut illud in omnibus tanquam dos habendū  
fuit, ejusdemque privilegium gaudeat, ut occasione privi-  
legii tacite hypothecae plures congerit Merlin. de pignor.  
lib. 3. quib. 50. numer. 1. & occasione solemnitatum in dote  
non adhibendam; Altograd. conf. 34. num. 3. lib. 1. & ge-  
neraliter Menoch. conf. 93. Mant. de tac. lib. 2. tit. 26. n. 8.  
& alii passim, cum id aperte probare videatur text. in leg. si  
proprietatis, & leg. inter secerum, §. cum inter. ff. de pati-  
dot. leg. etiam, & de jur. dot. & generaliter Barbof. axiom.  
34. n. 1. ita rectè quidem id constitui post pro regula, in  
aliquibus tamen casibus limitanda; advertendo conclusio-  
nem istam firmari in augmento pro muliere viro constituto,  
non autem in casu converso in quo regula generalis est in  
contrarium negativa, ut infra.

Limitationes dictae conclusionis quamplures apud allega-  
tos habentur, quarum sequentium placet indicasse. Prima  
nempe in privilegio aurb. res. quae, Cod. de com. de legat. ut pro  
dote constituta, vel restituta bona fidei commissi aliena-  
tioni valeant, nam illud non procedere in huiusmodi augmen-  
to notatum est supra, disc. 145. ubi videndum, & cum qui-  
bus terminis procedendum est in feudibus, ac emphyteuti-  
cis, & in aliis quorum subsidaria alienatio ex dotis privile-  
gio permittitur est rationis identitate.

Secunda limitatio est circa privilegium incertitudinis, de  
quo, disc. 156. & alibi, quia nempe dos in arbitrium tertii  
collata sit, nam privilegium quod ibi dote competere nota-  
tur, non procedit in augmento.

Tertia quoad privilegium retroactionis hypothecae ad  
diem promissionis, vel matrimonii (si privilegium dici po-  
test) nam illud huic augmento denegatur, hypothecam me-  
tendiò sola de qua illud fieri contingat, ut suo loco.

Quo verò ad secundam inspectionem augmenti dotalis  
6 facti per virum uxori, credunt aliqui simpliciter ejus va-  
liditatem ratione iuramenti in omnibus fere instrumentis ap-  
posito soliti, verum hoc est extra materiam, quoniam tunc  
validitas non resultat ex peculiari iure dotis, vel ex actu  
respective ad nuptias, de quibus terminis nos agimus, sed  
ex virtute iuramenti, quod validat indifferenter donationem  
inter conjuges de jure prohibitam.

Alii ponderant conjugum inaequalitatem, quae ubi adest  
ex parte viri, quia nempe senex ducat juvenem, vel igno-  
bilis nobilem, aut infirmus sanam &c. salva donationem  
aliam prohibitam, cum tunc videatur potius remuneratio,  
seu compensatio inaequalitatis, ut aliis allegatis in his termi-  
nis observant Honded. conf. 48. ex num. 16. lib. 1. plenè San-  
chez lib. 6. disp. 7. n. 3.

Sed hoc pariter extra intentum, quia non favor dotis,  
vel circumstantia nuptiarum est causa validitatis, cum hac  
potius oriatur ex ratione causae onerosae, quam mulier ita  
fore dicitur, perinde ac si incommoda nuptiarum cum  
viro inaequali pretio vendiderit; est tamen valde conside-  
randa ista circumstantia in terminis nostris ad effectus exin-

de resultantes, ut nempe talis dos non subiacet dispositio-  
ni text. in l. famina, Cod. de secund. nupt. ac similibus iuribus  
quibus subiacet bona viri in mulierem obveniente ex libe-  
ralitate, & causa lucrativa.

Stricte igitur ad terminos nostros, ubi nempe cessante  
iuramento, aut inaequalitate, vel alia qualitate, quae dona-  
tionem regulariter invalidam subfiteri facit, contingat  
disputari de substantia actus tanquam ex causa dotis,  
ac nuptiarum contemplatione gesti, in puncto juris arti-  
culus continere videtur aliquam perplexitatem; siquidem  
donationem à viro uxori constanter matrimonio factam  
non valere, quamvis sub nomine dotis fiat, probat expressè  
text. in lib. 1. Cod. de donat. ante nupt. & pro soluto firmat  
Sanchez dicta quest. 7. atque admittitur per Rot. decif. 245.  
apud Zacch. de oblig. Camer. alias apud Merlin. decif. 80.  
in princ. ubi ceteri; e converso donationem propter nuptias  
etiam constanter matrimonio pro virum uxori fieri  
posse probat text. in l. si constante, c. eod. s. est & alia, inf. 1.  
cod. Honded. d. conf. 48. cum aliis deduct. per Rot. dicta decif.  
245. apud Zacch. alia 80. cor. Merlin. quae decisio approbat  
in pluribus modernioribus praesertim apud eundem Zac-  
ch. decif. 203. numer. 7.

Prout licet donatio inter sponfos, ubi simpliciter, & per-  
fecte ab initio facta est, valida indubitate censetur, at-  
amen si expressè, vel tacite referatur ad tempus nuptiarum,  
& sub illarum conditione, eam non valere, ad litem  
disponit text. in leg. quod sponso, Cod. eodem tit. de do-  
nat. ante nupt. ac firmat communiter Doctores in dict. leg.  
1. Cod. eodem Sanch. dict. disp. 7. numer. 2. Sord. conf. 196.  
numer. 27. latè Rot. in Romana dotis 26. Novembris 1650.  
Corrado apud Sargad. decif. 22. & consert etiam textus in leg.  
lita stipulatus, §. si sibi nuptiarum, ff. de verb. oblig. probans  
non valere donationem futuri matrimonii captoriam,  
quoniam libidinis causa gesta dicitur, ac firmant ibidem Do-  
ctores communiter, & Rot. decif. 138. part. 5. recent. num.  
6. & seq. repetita apud Durandum decif. 129. & tamen dona-  
tiones, quae sunt inter sponfos futuros, subintelligi semper  
factas sub conditione nuptiarum, & quatenus illae sequan-  
tur, & non aliàs, disponit textus expressus in leg. cum ve-  
retur 15. Cod. eodem tit. de donat. ante nupt. & probat dicta de-  
cif. 138. numer. 13.

E converso donationes quae sunt inter conjuges ante  
matrimonium, vel in ipso actu matrimonii, tanquam spon-  
salia largitates validas probat idem textus in dict. leg. cum  
vetetur, & leg. penult. ff. de donat. inter vir. & uxor. ac firmat  
scribentes de quibus Honded. dicto conf. 48. Sanch. lib.  
6. disp. 18. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 26. n. 5. & G. Gre-  
gorius decif. 563. ubi Adden. Rot. decif. 135. apud Fenozon. ad  
Statut. Urb. & decif. 638. part. 4. recentior. & in aliis, atque  
ita servat usus, quoniam ante matrimonium, vel ipso actu  
passim per viros constituitur mulieribus dotis augmentum,  
vel suprados, unde iurum perplexitas videtur aperta, tam  
in casu quo actus geratur ante matrimonium, quam eo con-  
stante, majorque perplexitas oritur videtur à scribentibus, qui  
ad huiusmodi augmentum salvandum applicant terminos do-  
nationis propter nuptias, non advertentes longè diversos es-  
se unos terminos ab aliis, ut infra.

Idcirco pro veritatis dilucidatione, & quocumque tollen-  
7 dis, advertendum est, donationem inter sponfos, vel con-  
juges, nuptiarum, seu dotis occasione initam, antiquius  
ante nuptias generaliter nuncupatam, plures sub species  
continete, prima species donationis propter nuptias dicitur  
illa, quae ad mensuram dotis fit per virum uxori in com-  
pensationem dotis, de qua in l. cum multa, fin. c. de iur. de do-  
nat. ante nupt. Aurb. de data, c. eod. Honded. d. conf. 48. n.  
11. & per tot. Rot. d. dec. 245. apud Zacch. num. 14. alias dec.  
80. Merlin. ita ut talis donatio pro pignore dotis inferviret,  
& quandoque dotis nomine appellaretur; ista verò donatio  
hodie recessit ab aula, neque maritus ad illam faciendam tenetur,  
ut restantur idem Honded. ubi supra, n. 10. Mant. de  
tacit. l. 20. tit. 4. n. 5. Sanch. l. 6. disp. 1. n. 1. Rot. dict. decif.  
245. numer. 14.

Non prohibetur tamen volens eam facere, atque si fiat  
non invalida, ut per Rotam dicta decif. 245. post Zacch.  
alias decif. 80. Merlini; eadem verò aliquid commune non ha-  
bet cum dote augmento, quia soluto matrimonio mulier  
non nisi unum de duobus praetendere potest, vel scilicet do-  
tem, vel donationem, & si dotem consequitur, donatio re-  
vertitur ad virum, vel haeredes, ut latè Honded. d. conf. 48.  
ideoque in hac specie non videtur immorandum, cum verè  
non sit in usu, sed ex consuetudine transula sit potius in  
aliam speciem proximè sequentem, de qua intelligendus est



